



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Thomæ A Kempis Canonici Regularis Ord. S. Augustini De  
Imitatione Christi Libri Quatuor**

**Thomas <von Kempen>**

**Coloniæ, 1723**

IV. De pura mente, & simplici intentione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45773](#)

Dominus mundi , amicus Christi & hæres cæli.

C A P U T I V .

*De pura mente , & simplici intentione.*

1. **D**Uabus alis homo sublevatur à terrenis , simplicitate scilicet & puritate.

Simplicitas debet esse in intentione , puritas in affectione. Simplicitas intendit Deum , puritas apprehendit eum , & gustat.

Nulla bona actio te impediet , si liber intus ab inordinato affectu fueris.

Si nihil aliud quām Dei beneplacitum , & proximi utilitatem intendis & quæris , interna libertate perfrueris.

Si rectum esset cor tuum , tunc omnis creatura speculum vitæ , & liber sanctæ doctrinæ esset.

Non est creatura tam parva , & vilis , quæ Dei bonitatem non repræsentet.

2. Si

2. Si tu es es intus bonus & purus,  
tunc omnia sine impedimento vi-  
deres, & bene caperes.

Cor purum penetrat cælum & in-  
fernū.

Qualis unusquisque intus est, tali-  
ter judicat exteriūs.

Si est gaudium in mundo, hoc uti-  
que possidet puri cordis homo.

Et si est alicubi tribulatio & angu-  
stia, hoc melius novit mala con-  
scientia.

Sicut ferrum missum in ignem  
amittit rubiginem, & totum can-  
dens efficitur: sic homo integrè ad  
Deum se convertens, à torpore exui-  
tur; & in novum hominem trans-  
mutatur.

3. Quando homo incipit temere  
re, tunc parvum metuit laborem, &  
libenter externam accipit consola-  
tionem.

Sed quando perfectè incipit se vin-  
cere, & viriliter in via Dei ambula-  
re: tunc minus ea reputat, quæ sibi  
prius gravia esse sentiebat.

CA-

eo  
cap